

## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. D. Magistri Petri Lombardi Novariensis Episcopi  
Parisiensis. Sententiārvm Libri IV. quibus vniuersæ  
Theologiæ summa continetur**

**Petrus <Lombardus>**

**Mogvntiæ, 1632**

[Hic ponit rationes illorum, qui dicunt, Dei voluntate non fieri mala vel non  
esse. F]

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38829**

Rom.9.c.

Cap. 9. 6. ad  
principium  
tom 3.

enim inuitio eo & nolente posset ab aliquo mali fieri, cum scriptum sit. Voluntati ei⁹ quis resistet? Supra etiam dixit August. quia necesse est fieri si voluerit. Sed vult mala fieri aut non fieri. Si vult non fieri, non fiunt: fiunt autem, vult ergo fieri. Item bonū est mala esse vel fieri: alioquin summe bonus non permitteret ea fieri. Vnde Aug. in Ench. Quamvis ea inquit, quæ mala sunt, in quantum mala sunt, non sunt bona: tamē ut non solum bona, sed etiam sint & mala, bonum est. Nam si esset hoc bonum ut essent & mala, nullo modo esse sinerentur ab omnipotenti bono, cui proculdubio quam facile est quod vult facere, tam facile est, quod non vult esse non sinere. Hęc nisi credamus, periclitatur nostra confessio, quia nos in patrem omnipotentem credere confitemur. Ecce hic aperie habes, quod bonum est mala esse: omnis auctor boni Deus author est, qui vult omne bonum esse quod est. Cum ergo bonum sit mala fieri vel esse, ergo & mala vult fieri vel esse. His atque aliis huiusmodi rationibus & authoritatibus utuntur qui dicunt Deum velle mala esse vel fieri. *Hic ponit rationes illorum, qui dicunt, Dei voluntate non fieri mala vel non esse.*

Illi vero qui dicunt Dei voluntate mala non fieri, vel non esse, inductionibus præmissis ita respondent, dicentes: Deum nec velle mala fieri nec velle non fieri, vel nolle fieri, sed tantum non velle fieri. Si enim vellet ea fieri vel esse, faceret utique ea fieri vel esse: & ita esset author malorum: non est autē author malorū, ut sanctorū protestat̄ authoritates, nō ergo ei⁹ voluntate fiunt mala. Itē: si noll̄ et mala fieri, vel vellet non fieri, & tamē fieret, omnipotēs nō esset: cum ei⁹ voluntas humanae voluntatis effectu impediretur. Ideo qnō concedunt Deum velle mala fieri, ne malorū author intelligatur: nec cōcedunt eum velle mala nō fieri vel

vel nolle fieri, ne impotens esse videatur: sed tantum dicunt eum non velle mala fieri, ut non auctor, sed permisso malorum monstretur. Vnde & Euang. ubi ostendit Deum auctorem esse omnium bonorum, dicens, omnia per ipsum facta sunt: consequenter malorum auctorem esse negat dicens: Et sine ipso factum est nihil, id est, peccatum: Non dixit per eum factum esse, vel eo nolente & inuitio, sed tantum sine eo, id est, sine eius voluntate fit peccatum. Non ergo Deo volente vel nolente, sed non volente sunt mala: quia non subsistit Dei voluntati, ut malum fiat vel non fiat: sed ut fieri sinatur, quia bonum est sinere mala fieri: & utique volens sunt nonvolens mala, sed volens sinere sinit ut ipsa fiant: quia nec mala sunt bona, nec ea fieri vel esse bonum est.

*Quomodo intelligendum sit illud Aug. mala fieri bonum est.*

Quod vero Aug. ait, Mala fieri bonum est, nec finerentur mala ab omnipotenti bono fieri, nisi hoc esset bonum, ut ea essent, ea ratione dictum Ench. esse afferunt, quia ex malis quae sunt: Deus bona elicit; nec ipse permitteret ea fieri nisi eis boni aliquid faceret. Vnde Aug. in eodem li. Ench. aperte cap. 96. in Ench. a. 11. in 10. 3. indicans praedictorum verborum esse talen intelligentiam ait: Deus omnipotens, cui rerum est summa potestas, cum summè bonum sit, nullo modo fineret aliquid mali esse in operibus suis, nisi usque adeo esset omnipotens & bonus, ut beneficeret etiam de malo. Item in eodē: Melius indicauit Deus de malis bona facere, quā mala nulla permettere. Ex hoc itaque sensu dictū est acverū est, bonū est mala fieri, qā ex malis quae sunt, bonis ( qui secundum propositum vocati sunt sancti ) accidit bonitas, i. utilitas. Talibus enim ( ut ait Apost. ) in bonum cooperantur omnia etiam mala, qā eis profundunt, quae aliis facientib⁹ obsunt. Vnde etiam aliquan-

G August. ad p. incipit  
cap. 96. in Ench.

Ad princip.

a. 11. in 10. 3.